



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1845**

CXIII. Die Knappen Gnso, Godeke und Belceke Schönberg verkaufen dem  
Domstifte das Dorf Staffelde, am 16. Apr. 1330.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54414)

videlicet Tredecim marcis argenti Brandenburgici vendidi omnia, que Nyendorp in Curia sculteti et ejus officio habui, cum omni iure, quo ipsam Curiam suis libertatibus longis temporibus pacifice possederam et quiete, Itaque quod dicti domini Fredericus et Conradus de predicta Curia et suis atinentiis disponere valeant libere et donare, Et testamentarii eorum de ea ordinare poterint pro sue libito voluntatis. In quorum euidenciam sigillum meum presentibus duxi apponendum. Presentibus honorabilibus viris domino Johanne de Belyn, domino Wasmodo de Luderize, Canonicis in Stendal, Alberto de Luderize milite ac pluribus aliis fide dignis. Datum anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXIX<sup>o</sup>. In vigilia natiuitatis beate Marie.

**CXIII.** Die Knappen Gyfo, Godeke und Volceke Schönberg verkaufen dem Domstifte das Dorf Staffelde, am 16. Apr. 1330.

— Nos Gyfo, Godeke et Volceke fratres, armigeri, dicti Sconeberche, — honorabilibus viris dominis Canonicis in Stendal et ecclesie eorundem iusto contractus titulo pro numerata pecunia scilicet centum et XI. Marcarum stendaliensis argenti, villam In Staffelde vendidimus cum omni Jure, quo ipsam possederamus in alto et basso, cum Jure patronatus, cum equo pheodali, cum minuta decima super Cofatos, cum seruiciis curruum et quibuscumque aliis seruiciis, cum pratis, pascuis, nemoribus, mericis, siluis, lignis, agris cultis et incultis, aquis, viis et inuis, cum omnibus sui distincti-  
onibus, cum decem et octo Talentis reddituum et omnibus suis pertinenciis, quibuscumque eciam nominibus censeantur. Preterea recognoscimus Quod bona omnia et singula ad manus et pro commodo predictorum dominorum canonicorum in inpheodatione nostra pristina illesa debemus fideliter seruare, donec sepedicti Canonici pro resignacione predictorum honorum nos duxerint requirendos. Nam extunc ipsa absque vlla difficultate, quando et vbi sepefati Canonici decreuerint, libere volumus resignare. Nos nichilominus predictos Canonicos et suam ecclesiam de bonis predictis coram quibuscumque requisiti fuerimus, plenarie volumus Warandare . . . Fideiussores vero pro omnibus et singulis obligacionibus predictis honorabiles viri Hinricus de Runttorpe, Heyfo de bertekowe, Zabellus de Nyenkerken, beteke et fritseko dicti de dequede et hennig de brizeke armigeri, qui vna nobiscum tribus, vt premittitur fideiussorie promiserunt. Et si aliquem vel aliquos ex ipsis vel nobis nutu dei morj contigerit, Tunc alius vel alii in locum mortui vel mortuorum per nos infra mensem a tempore mortis computandum debet vel debent absque contradictionis iaculo subrogari. In quorum euidenciam sigilla nostra vna cum sigillis aliorum confideiussorum nostrorum predictorum presentibus duximus apponenda. Datum stendal, anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXX<sup>o</sup>, secunda feria post quassimodo geniti.

**CXIV.** Das Domcapitel acceptirt das von dem Vicar Rose erhaltene Vermächtniß, am 30. Nov. 1330.

— Nos Fridericus decanus Totumque Capitulum Ecclesie sancti Nycolai in stendal, Recognoscimus et presentibus profiteur, Quod honestus vir dominus Rosa dicte ecclesie nostre perpetuus